Thomae à Drohoiow Drohoiowski sive eius posterorum Ad Iudicium et Officium Regni quoduis Ubi prius Citabitur ex tunc recessu supradicto qui ad respondendum Spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio Stare, Iuri parere, respondere, Vadium paractum luere Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seqz ac suos Successores ad eaqz omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusqz Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate pro maiori, minorennitate Successorum legatione intra Vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Victorem, uel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem praeterea Ultra primos et proximos Iudicij et Officij cuiusuis Regni Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasqz motiones, apellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus uel triplicatis euasionibus suspensionibus fatalis Iuris Proscriptione Terrestri, bello, Conuentioneqz ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, Nec modo alio quouis euadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Nobiles Terleccij Szymkowięta Patrui, Filiastro suo Donant 2019

Coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus personaliter Comparentes Nobiles Basilius et Procopius Terleccy Szymkowięta Fratres inter se germani Sani mentibus et corporibus existentes à Terris, Districtibus Iuribus Iurisdictionibus qz suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti uero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum modernum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atqz Subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo prointeresse recognouit. Quia ipsi Bona sua

2170

propria et haereditaria infrascripta Videlicet Pol Roli in Sorte Szymkos
wigt inter metas ab Vna Nobilis Danielis Terlecki et ab altera Sui
Recognoscens Fratris germani od Granicy Bilickiey, do Rosoch in
Bonis Villae Terl. Terra et Districtu Praesenti Praemyslien. iacen. et
consisten. Cum omni Praemissorum bonorum Iure Dominio, Proprietate, hae
reditate, tituloque haereditario, Omnibusque et singulis eorundem Bonorum
Vtilitatibus, fructibus, Prouentibus, Redditibus, Emolumentis, Commodis
obuentionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter Vniuersis, Nihil ex
Praemissis Iuris, Dominij, Proprietatis, haereditatis ac cuiusuis competentiae
et praerogatiuae, pro se Recognoscentibus Suisque Successoribus aut quopiam
alio reseruando seu excipiendo, Verum prout eadem bona ipsimet Reco
gnoscentes tenuerunt habuerunt et possidebant, ipsosque legitime concer
nebant ac eisdem seruiebant. Iam exnunc et defacto Nobili Geor
gio Terlecki Szymkowicz Filiastro suo eiusque posteris dederunt do
nauerunt inscripserunt, et resignauerunt, prout praesentibus dant, donant
ac titulo puro, mero, perpetuae, ac irreuocabilis donationis inscribunt
et resignant perpetuo et inaeuum irreuocabiliterque. In quae quidem Bo
na Suprascripta Praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentes do
nata et resignata iidem Recognoscentes Nobiles Terleccy Szymkowicz praefata
fratres inter se germani Patrui, Suprafato Nobili Georgio Terlecki Szym
kowicz Donatario et Filiastro Suo et illius Successoribus iam exnunc
et defacto coram Officio praesenti dant et admittunt realem Intromissio
nem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemuis
competentem et Nobiles duos die quauis voluerit Officiose accepta
dam. Per ipsum Nobilem Georgium Terlecki Szymkowicz Filiastrum
et Donatarium suum illiusque posteros haec eadem bona praesentibus do
nata et resignata Cum Vniuersis eorum Vtilitatibus et Vsufructibus
attinentiisque et pertinentiis generaliter Vniuersis tenendi habendi et
possidendi illisque quiete et pacifice Vtifruendi ac ad suos et suo
rum Successorum quosuis beneplacitos Vsusfructus libere et effe
ctualiter

chaliter convertendi perpetuis et aeternis temporibus. Debentq et
tenebuntur memorati Recognoscentes Nles Terleccy Szymkowiczowa Pa:
trui prout se ac suos Successores inet super bonis suis generaliter omni
bus ac summis pecuniariis quibusuis habitis et habendis Suprafatto
Nobili Terlecki Szymkowicz Filiastro et Donatario suo ipsiusq poste
ris inscribunt et obligant praesentibus Ipsum et eius Successores in dictis
Bonis donatis et ratione eorundem omnium ab omni et quauis impeti:
tione iuridica quarumcunqs personarum cuiuscunqs conditionis statq et
sexus cuiusuis existentium ex occasione suprafattorum exorunda per omnes
praescriptiones Terrestres prout ad quamlibet personam Terrestris spectat
et pertinet praescriptio in omni Iudicio et Officio Regni semper toties
quoties opus fuerit tueri defendere, euincere intercedere et eliberare
indemnemqs cum posteris reddere Necnon haec eadem Bona praemissaq
omnia praesentibus donata, et resignata, ab omnibus in genere Iuribus
et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super praefata Bona donata
modo quouis cuiusuis personarum factis et faciendis eademqs afficientibus
tum etiam a quibusuis Citationibus super eadem Bona resignata modo
quouis importatis et importandis Lueris denique et plucris processibusq
Iuris quibusuis in quocunqs puncto et gradu Iuris dependens et in quo
uis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis
omnibus praesentibus resignatis, perductis et perducendis emundare et e:
liberare mundaqs et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefa
tam Coram Officio praesenti admissam in fundo Bonorum praefatorum [struck through]
praesentibus donatorum dum per Mntem et Nles duos Officiose requiretur
non denegare imo debebunt et tenebuntur eandem libere dare et effe
ctualiter admittere, dataqs et admissa eadem Possessionem et Usum
fructum praemissorum omnium modo quouis tam per se quam per suas
quasuis submissas et subordinatas personas non praepedire Nec
adimere, ipsumqs Donatarium suum, ac illius Successores in praemissis

2172

omnibus p[raese]ntibus resignatis nullo modo iniuriari, ita ut hac eadem Bona p[rae]missaq[ue] omnia p[raese]ntibus donata cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus attinentiisq[ue] et pertinentiis generaliter Univsis is idem Filiaster et Donatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice p[raese]ntis Inscriptionis Donatariae vigore tenere habere et possidere queat, illisq[ue] uti frui possit perpetuis et aeviternis temporibus, idq[ue] sub Damnis Terrestribus simpliciter absq[ue] corporali Iuramento taxandis et edicendis per eosdem Recognoscentes Nobiles Terleckie Szymkowicza Patruos sive illorum Successores p[rae]fato Nobili Terleckii Szymkowicz Filiastro et Donatario suo eiusq[ue] posteris ob non complenonem p[rae]missorum Omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter taxatis modo p[rae]misso ad solvendum succubitis ac pro re aliqua principali ex p[rae]missis non completa complenda Citati existentes memorati Recognoscentes Nobiles Basilius et Procopius Terleccy Szymkowicza Fratres inter se germani, Patrui, sive illorum Successores, ad instantiam p[rae]fati N[obi]lis Georgii Terlecki Szymkowicz Filiastri et Donatarii sui aut ipsius posterorum Ad Officium p[raese]ns Castrense Capitaneale Praemysliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum Spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio Stare, Iuri parere respondere Damna p[rae]dicta Terrestria simpliciter taxata luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur seq[ue] ac suos successores ad eadem omnia inscribunt, et obligant p[raese]ntibus eundem Terminum primum peremptorium et alios Omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios Vera In firmitate pro Maiori, Minorennitate Successorum legatione intra Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Evictorem vel alias quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem p[rae]terea Ultra primos et p[ro]ximos Officii praefati Castrensis

2149

Castrensis Capitanealis Præmysliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo Nullasq. motiones apellationes, ac earum prosequutiones faciendo ac præmissa Omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis Iuris Exemptione Terrestri, Bello Conventioneq. ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo Hac sua præsenti personali Recognitione ad præmissa omnia et singula mediante. 22/V

Feria Quinta post Dominicam Exaudi proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 1670

Gnosus Porembski Gnosis Kozlowskiem Coniugibus Obligat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Gnosus Stanislaus de Magna Poremba Porembski olim Gnosi Ioachimi de eadem magna Poremba Porembski cum olim Gnosa Cristina de Troyczyce Consorte eius legitima procreatus filius et in Balice sortium suarum heres Sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq. suis quibusvis proprijs, et competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter, et plenarie incorporando atq. subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua propria, et hereditaria infrascripta Videlicet totam et integram sortem suam in Villa memorata Balice Palatinatus Russiæ Terra vero præsenti Præmysliensi consistentem in se Recognoscentem Iure Divino, et naturali successione post mortem eiusdem olim Gnosi Ioachimi Porembski Parentis sui devolutam